



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Quid est Christiana libertas. tit. 166

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

Item, Roman. 3. & 1. Corinth. 7. dicit: Neque circumcisio, neque præputium vestrum prodest, sed observatio mandatorum Dei. Exigit enim Deus à nobis obedientiam legis, alioquin non promitteret gratiam, neque infunderet spiritum sanctum, Rom. 5. Et mens sicut fuisse loannes, 1. Ioann. 5. inquiens: Mandata eis grauia non sunt, id est, renato. Et Christus, Matt. 1. Onus meum leue, & iugum suave, &c. Si essent impossibilia seruatu, etiam Christus & Ioannes mentiti fuissent.

Quintò, Fiducia legis, id est, quod estimetur fore causa iustificationis & salutis, illa prohibetur. Est enim lex paedagogus solum ad Christum, Galat. 3. id est, cohiber hominem in externa vita & disciplina, sed conscientiam & animam iustificat Christi sanguis per fidem, 1. Ioan. 1. Habet tamen haec inchoata obedientia etiam sua premia, & medium scilicet est, per quod possessionem regni percipimus, Mat. 25. &c.

*QVID EST CHRISTIANA  
libertas.*

Otandum primò, quod scriptura notat duplē libertatem: Una dicitur Christiana libertas, & est illa, quam à Christo habemus, & quā Christus nobis est consecutus, Galat. 5. Altera dicitur carnalibertas, quam Christus prohibet, attamen caro carnem vendicat, quādō libertate pro velamine peccati vivitur. Et de illa dicit Paulus Galat. 5. & Petrus, 1. Petr. 2.

Secundo, libertas quam à Christo habemus & ex sanguine, est illa, quod nos liberauit ex carcere zternæ maledictionis legis, Deuter. 27. Maledictus omnis qui non seruat & cæt. Nam ipse perfectè C C c satisfe-

satisfecit legi, Matth. 5. Et illam nobis per fidem im-  
putat: de hac libertate loquitur Paulus Gal. 3. Chri-  
stus redemit nos de maledicto legis, factus pro nobis  
maledictum, quia scriptum est, Deute. 21. Maledictum  
omnis qui pendet in ligno. Est autem haec vera hos-  
tas, quoniam solus Christus nunc est Dominus & fa-  
uor meus, nec opus est hoc à lege, aut ex ceremoniis,  
&cæt. quererere. Sic liberi sumus per fidem à maledic-  
tione legis, non autem ab obedientia legis. Nam lex  
per fidem statuit, Rom. 3. Secundo, Christus liberat  
nos liberat à captiuitate sathanæ, ne in nos, sicut li-  
benter velit, incrudescere possit: alioqui nemo pa-  
cem haberet, nec in spiritu neque rebus, neq; in cor-  
pore, sicut patet de Iob: Et de illa dicit Apololus:  
Cor. 3. Vbi spiritus Domini, ibi libertas, id est à fata-  
na, qui alioqui captiuos tenet infideles, 2. Tim. 2.

Tertiò, Christi liberatio est à morte perpetua. Nam  
resuscitabit & liberabit corpus à morte in die noui-  
simi Ioann. 6. & 11. Ideo haec liberatio est à morte ad  
vitam æternam. Et de illa dicit ipse Christus Ioann.  
octauo. Si filius vos liberauerit, &c. Sic Christus libe-  
ravit nos de his tribus, peccato aut maledictione le-  
gis: nam lex maledicit propter peccatum. Secundo, à  
captiuitate & tyrannide sathanæ. Tertiò, ab avara  
morte.

Secundo, est carnis libertas, quæ nihil aliud est,  
quam contemptus superioritatis, Papæ & Imperato-  
ris, atq; Catholicæ Ecclesiæ in eorum decretis, &c.  
spectio paréatum carnalium. Sed hoc est grauitatem  
peccatum. Nam derogat Deo, qui instituit magistrum,  
Rom. 13. Mat. 16. Exo. 20. iubet Christus dare Ca-  
sari, quæ Cæsar is sunt, Matth. 22. obedire præceptis  
Papæ, Episcopis, Prælatis, Hebræ. 13. iubet Paulus:  
Thess. 2. Acto. 15. & 16. seruare decreta patrum con-  
cilij Hierosolymitani: & Petrus, obedire propter Deo  
humanis præceptis, 1. Petr. 2. & Paulus Rom. 1. dicit  
peccare

ecce in conscientiam, qui cōtemnit magistratum  
dece. Qui igitur potestati & corum præceptis resistit,  
hic Deo resistit.

Tertiō, Licet obedientia exigatur humanarum tra-  
ditionum, non tamen illis tribuenda est iustificatio,  
vne quis putet, traditiones esse potissima opera: Nā  
fides, dilectio, timor, pax, &c. & fructus spiritus sancti  
Gal. 5, illis præferuntur. Sunt enim hæc nucleus, alia  
sunt puramina. Possunt quoque hæc tempore neces-  
sitas omitti, si sine contemptu magistratus fit, &c.  
Sed hæc carnis libertas iam regnat.

DE LAPIDE FUNDAMEN-  
ti Christo.

TITVLVS CLXVII.

Rophera Esaias 28, inquit: Ecce ponam  
in fundamētis Sion lapidem probatum  
& electum angularem, &c. & 1. Petr. 2.  
Ecce ponam in Sion, lapidem angula-  
rem, & omnis qui crediderit in eum, nō  
confundetur. Est igitur Christus lapis fundamenti,  
super quo ædificatio salutis & fidei nostræ quiescit.  
Ipse omnes fideles portat, & nos de plenitudine eius  
omnes recipimus, loan. 1. Est quoque lapis unus, ideo  
non potest euerti ædificatio super eum locata, sicut  
dicit Petro, Matth. 16. Portæ inferorum non præua-  
lebunt, id est, nec peccatum, nec satan, neque infer-  
nus, neque homo, neque angelus præualebit aduer-  
sus Ecclesiam: impugnabitur quidem Ecclesia, sed  
nemo præualebit, &c.

Secundo, præter hoc fundamentum fidei nostræ,  
id est, Christum, non potest aliud ponи, 1. Cor 3, non  
Papa, non opera aut iustitia nostra. Ipse Christus so-  
lus est caput fidei ecclesiæ, nosq; membra eius, 1. Cor.  
12. Si enim ex lege esset iustitia, Christus gratis veni-  
tur, Gal. 2. Fundamentum igitur & caput fidei nostræ

C C c 2 atque